Iohannes, qui fuit nacione suorum parentorum [a] Mantue civitatis [b], habitatores [c] Rivoalti, filius tribuni Mataturi [d]; qui vixit et [e] sedit ann. .XI., m. .VI. [f].

Laurentius, qui fuit nacione suorum parentorum [a] de Taurino civitate [g], habitatores [h] Matamauco [i], filius [k] Barba Taurelli [l]. obiit in mense madii percurrente indictione .XI. qui [m] sedit ann. .VI. [n].

Dominicus, qui fuit nacione [o] suorum parentorum [p] de Vegla [q] Vercellis [r] civitate, habitatores in Matamauco [s] et in Rivoalto, filius Barbaromani [t] Vilinicus. in ecclesia Sancti Mauri [u] martiris erat residens [v], ab omnibus autem dilectus erat [x]. ad hoc [y] conlaudatus [z] fuit et ad pontificatum electus [aa]. ipse autem renuebat [bb] electionem [cc], sed cum forcia [dd] illum elegerunt et in ecclesia Sancti Marci deductus [ee] fuit. respuens [ff] ipse [gg] cum omni Venecie populo [hh] propter pravitatem [ii] Petri Trundominico, impiissimi ducis [kk], propter quod multiplicati erant [ll] servi illius, qui potestate [mm] aggravabant [nn] omnes [oo] et percuciebant [pp] apud [qq] illum rixantes [rr] et odiosi [ss] permanentes erant: omnis [tt] Venecie populus [uu] optabat illum interficere. iste electus perfidus in eo permansit [vv]: noluit de eo [xx] impio [yy] investicionem [zz] recipere, sed [aaa] supra altare beatissimi Marci susceptus est [bbb] pontificali [ccc] baculo [ddd]. multiplicati fuerunt [eee] populi [fff]: cum ornato [ggg] navigio [hhh] ad Gradum [iii] metropolim [kkk] venerunt. a domino patriarcha [lll] fuit consecratus [mmm],

(a) *S corr.* *D* parentum (b) *V* civitas (c) *D* habitator (d) *D* Metadori *S* Mazaduri (e) *S V om.* qui vixit et (f) *S V* .XI. ÷ (g) *D* civitatem (h) *S* habitatore *S corr.* *D* habitator (i) *S* Matamauci *V* Metamauco (k) *V om.* filius (l) *D* Taurelus (m) *S V om.* qui (n) *D S om.* .VI. (o) *V om.* nacione (p) *S corr.* *D* parentum *V* parent. suorum (q) *D* Vecla (r) *S* Verçellis *V* Vercelli (s) *S V* Metamauco (t) *D* Barbaromanus (u) *D* Marci (v) *V* residentem (x) *D* delectatus (y) *S* hos (z) *S V* collaudatum (aa) *S* pontificalem electum *V* electum (bb) *V* rennuebat (cc) *D* lectionem (dd) *S* fortia *D* sed vi illum (ee) *S* ductus (ff) *D* expuens (gg) *S* illum (hh) *S* populum (ii) propter pravit.] *D* protervitatem (kk) *S* Petrus tribunus impiissimus dux *D* Petri tribuni imp. duc. (ll) *S om.* erant (mm) quod - potest.] *D* multiplicatos servulos per potestatem qui pot.] *S* per potestatem (nn) *V* acgravabat *D* agravabat (oo) *V* omnibus (pp) *V* percutiebat *D* percuciebat (qq) *V* aput (rr) *V* risantes (ss) *D* hodiosi (tt) *S V D* omnibus (uu) *S V* populi *D* populis (vv) *S* perm. in eo (xx) *D* ab eo (yy) *S* de eum impium (zz) *V* investicione (aaa) *D* set (bbb) *S corr.* susceptus *V* supseptus est (ccc) *D* pontificalis (ddd) *V* bac. pont. (eee) *V* sunt (fff) *D* multiplicato populo *S* multiplicantur populi (ggg) *D* hornatu *V* ordinata (hhh) *S* cum ornatum navigium (iii) *D* a Gradum (kkk) *S V* metropoli (lll) *S D V* ad dominum patriarcha (*V* -cham) (mmm) *S* consecratum *V* consecratum fuit